

RESPONSIO M. BVCERI .

sem, quàm si reualefcenti à diutino & graui morbo fra-
tri, toxicos cibos non indicassem, uidens sese illis eum per-
dere? Verbum humanum mendacium est, eoq; pro Dei
uerbo oblatum, id fidei, quæ iusti uita, quod uenenum pro
salubri cibo sumptum, uitæ corporis, officit. Cæterum
opus, ut ipse testatur, digne absolui, sensu & uerbis suis
redditis.

Ne autem quereretur mihi uideri humana, quæ Dei
sint, iudicium detuli Ecclesijs, iuxta illud, prophetæ uno
& altero, reliqui dijudicent. Ad hæc honorifice adeo de
ipso locutus sum, atq; excusauit, quam boni omnes accu-
sant, nimis cum imperiosam, tum acerbam dicacitatem,
quod hominis auctoritatem, propter multa præclara
Christi, quæ docuit & docet, sanctam cuperem, quid face-
rem præterea? Si exigit ne quis à se ulla in re dissentiat,
probet se Deum esse. Nos solis canonicis scriptis hunc ha-
bere honorem didicimus, etiam ipso præcipiente, ut citra
iudicium, uera in eis omnia credamus. In ijs, in quibus
religio C H R I S T I uere sita est, fide in Chri-
stum & dilectione erga proximum, eximium Christi mi-
nistrum, ut agnouit Lutherum semper, ita & prædicauit,
magnificentius aliquanto, quàm forte pro gloria Dei, &
fratrum ædificatione, quanquam hæc prædicando ipsam
in primis spectarim.

Quod autem in uertendis atq; explanandis scriptu-
ris, non omnia uiri alba, quod aiunt, linea amplectamur,
in causa sunt, manifesti neq; pauci, eius lapsus, non qui-
dem in-

D dem in-